

Ius Romanus Veios cinxerat, cum alterius partis discrimen, alterius tædium animos inficeret, ex inopinato vincendi viam Romanis ostensam ferunt: cum enim nulli apparenti causa, repente Albanus lacus, supra fidem excreuisset, quidam seu oppidanus nobilis transfuga (vt apud Ciceronem) seu Veientium aruspex (vt est apud Valerium) Romano milite raptus, per castra perlatus, dixit urbem illam capi non posse lacu exundante. Qui si ex collibus inter quos iacet, aliqua arce deductus esset, siquidem sic ad vt mare descenderet, calamitosum, sin ita vt per agros aspergeretur, faustum Pop. Rom. quamobrem multo studio impensaque, lacus vt ipse monebat eductus est: Hoc amplius addidit Valerius consultum Delphis Apollinem, idem respondisse. Quod cum factum esset, licet victoria Romanorum fuit. At ego iam dudum hæc audiens stomacho, & paulo minus raucesco, aduersus hoc sæpius exclamando: Non fuit satis hominem Veientem stultum forte naturaliter, & tunc ab accidenti metu abalienatum esse, dementemque vana loqui, vel fortassis ex industria fallentem, immensi laboris opus hostibus

bis